

XX

DISSERTATIO INAUGVRALIS MEDICA
DE
MEDICAMENTORVM
EX AVRIPIGMENTO
PRAEPARATORVM PRAESTANTISSIMO
VSV MEDICO

QVAM
SVB AVSPICIIIS SVMMI NVMINIS
ET
CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
P R A E S I D E
PRO-RECTORE FRIDERICIANAE MAGNIFICO
D. ANDREA ELIA BÜCHNERO

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,
POTENTISSIMI PRVSSIAE REGIS A CONSILII INTIMIS,
MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESS. PVBL. ORDINARIO,
IMPERIALIS ACADEMIAE NATVRAE CVRIOSORVM PRAESIDE
ET COMITE PALATINO CAESAREO,

PRO GRADV DOCTORIS
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS AC PRIVILEGIIS
DOCTORALIBVS RITE CONSEQVENDIS
AD D. V. OCTOBRIS, A. S. R. c101000 LVIII.
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

PVBLICE DEFENDET
GEORGIVS FRIDERICVS KVPPERMANN
COTTBVSIO-LVSATVS.

HALAE MAGDEBVRGICAE EX OFFICINA HENDELIANA.



DISSERTATIO IN ACADEMIA MEDICA
DE
MEDICAMENTORUM
EX A. V. R. P. I. G. M. F. N. T. O.
PRAEPARATIONE PRAESTANTISSIMO
VSV MEDICO
CONSENSU GRATIOSAE FACULTATIS MEDICAE
P. R. A. E. S. I. D. E.
P. R. O. F. E. C. T. O. R. U. M. F. R. I. D. R. I. C. H. T. A. N. D. A. R. N. A. T. U. R. I. C. O.
D. ANDREA ELIA BUCHNERO
SACRORUM IMPERII ROTARI
POTENTISSIMI PRUSSIAE REGIS A CONSULES IN JURE
MEDICINAE ET PHARMACOLOGIAE PRAEFECTUS ORDINARIO
MEDICAE ACADEMIAE CAESARIS CAESARIS IN LANSBURG
ET COMITIS PALATINO CAROLUS
P. R. O. G. R. A. D. U. D. O. C. T. O. R. I. S
STAMBOVE IN MEDICINA HONORARIUS AC PRIVILEGIUS
DOCTORALIBUS RITE CONSENSIBUS
AD D. V. OCTOBRII A. M. D. C. C. L. X. V. I. I. I.
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA
FACULTATE MEDICAE
GEORGIVS FRIDERICVS KUPPERMANNI
P. R. O. F. E. C. T. O. R. U. M. F. R. I. D. R. I. C. H. T. A. N. D. A. R. N. A. T. U. R. I. C. O.
P. R. O. F. E. C. T. O. R. U. M. F. R. I. D. R. I. C. H. T. A. N. D. A. R. N. A. T. U. R. I. C. O.
P. R. O. F. E. C. T. O. R. U. M. F. R. I. D. R. I. C. H. T. A. N. D. A. R. N. A. T. U. R. I. C. O.





DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
DE
MEDICAMENTORVM
EX AVRIPIGMENTO
PRAEPARATORVM PRAESTANTISSIMO
VSU MEDICO.

PROOEMIUM.



Ego vero de medicamentorum,
ex auripigmento praeparato-
rum, praestantissimo vsu medi-
co nonnulla dicturus, animo
clarissime prospicio, tantum ab-
fore, vt omnium, qui haec mea
legerint, laudem ad sensumque colligam,
vt potius magna Lectorum pars me in vene-
ni magis, quam medicinae commendatio-
ne operam studiumque collocare sit existi-

A 2

matura.

matura. Sed hi erunt fere, qui, falsarum opinionum veterumque errorum nodis implicati, in auripigmento nihil, nisi mera arsenicalia, subolfaciunt, neque adhuc dum norunt, sulphuream partem, qua concretum hoc corpus semimetallicum mirifice abundat, aut noxio isto arsenici connubio plane liberari, aut saltem paucissimis istis, si quae remanent, huius generis particulis ita arctissime circumuolui atque coniungi posse, ut, mitigato & coërcito hoc principio, quod insalubre & detrimentosum erat, medicamenta exinde parentur praestantissimae saluberrimaeque efficacitatis. Atque hoc, quicquid est, argumenti eo lubentius suscipi pertractandum: quo certius mihi constet, nisi me omnia fallunt, ante me neminem hoc instituisse, ut se publicum remedium externorum internorumque, ex auripigmento deductorum, sifteret praedictorem commendatoremque, & eorundem vberimos vsus singulari commentario explicaret. Lites enim, quae iam inter veteres Medicos de auripigmenti vtilitate medica passim non sine magna contentione agitatae sunt, etiam ad nostras scholas medicas

dicas peruenertunt; ipsique illi celeberrimi perspicacissimique viri, in quibus *Fridericus* HOFFMANNVS, & *Ioannes Henricus* POTTIVS *) eminent, qui chemicis practicisque experimentis rectora edocti, semimetallicum hoc concretum e venenorum classe exemerunt, parci eiusdem ad internos vsus sunt laudatores. Ergo mihi forsā licebit esse tam felici, vt in hac subtili dubiaque materie ita verfer, quo dirimantur hae lites, & selectiorum quorundam medicamentorum, quorum accuratam ex auripigmento praeparationem ingenue sum descripturus, singulares vtilitates, tam meis, quam aliorum experimentis saepenumero cognitae, a communi plurimorum medentium opprobrio locupletissime vindicentur. Atqui *tribus* hanc operam exsecuturus sum *Capitibus*: *primo*, cui exactam modo dictorum medicamentorum descriptionem

A 3

nem

*) Prior nimirum in *Experimentis curiosis de Auripigmenti natura & viribus*, quae inserta sunt *Observationibus physico-chymicis selectioribus*, Halae 1722. editis, p. 259. seq. posterior vero in *Dissert. de Auripigmento*, primum Halae 1720. disceptata, dein coniunctim cum aliis eiusdem generis in *Exercitationibus chymicis*, Berolini, 1738. in lucem missa.

6 De medicamentorum ex Auripigmento

nem destinaui; *altero*, quod earundem medicinarum vires generatim ad rationes expendito; *tertio* denique, quod varia atque multiplicia singularium quorundam satis grauium pertinaciumque morborum exempla, in quibus haec mirifice profuerunt remedia, luculenter recenseto. Ceterum ex animo opramus precamurque, vt praestantissima huiusmodi atque efficacissima medicamenta aliorum quoque Medicorum, in inuestigandis remediorum virtutibus curiosorum, frequentatione ad conseruandam reparandamque hominum valetudinem imposterum conuertantur.

CAPVT PRIMVM

DE

SELECTIORVM QVORVNDAM MEDICAMENTORVM EX AVRIPIGMENTO PRAEPARATIONE.

§. I.



Selectiora quaedam vsuique medico accommodatissima medicamenta ex auripigmento conficiendi methodum praesenti commentatione expositurus, nequitquam id instituo, vt longo sermone disputem; cum quid sit auripigmentum, tum quibusnam

nam experimentis examinibusque chemicis constituentibus illud particulae inuestigentur atque secerantur, tum quis qualisque illius ad alia corpora sit habitus, tum denique quantis in erroribus densissimisque tenebris circa huius concreti mineralis naturam, indolem viresque, tam veteres Medici, quam recentiorum plurimi fuerint versati. Hac enim in re expedienda otium mihi fecerunt paullo ante honoris gratia nominati celeberrimi viri, *Fridericus Hoffmannus*, & *Ioannes Henricus Pottius*, de accuratiori, quae per Chemicam acquiritur, semimetalli sulphureique huius corporis mixti notitia singulariter meriti ^{a)}: quorum subtilissima & maxime elucubrata de auripigmento commentaria neminem Lectorum, nisi rerum chemicarum incuriosissimum, non euoluisse atque perlegisse oportet. Ea igitur tantum, quae ex generali auripigmenti examine ad praesentium, quae tractamus, medicamentorum praeparationem proxime spectant, decerpemus inde: addituri his, quae nostra ipsorummet experientia chemicae disquisitione instituta nobis amplius constiterunt.

§. II.

Auripigmento, quod Graecis olim *αὐρίπικρον* dictum est, singulare designamus concretum minerale, ex sulphure & arsenico, laxe &, quod barbare dicitur, superficialiter inter se coniunctis, decompositum, ut Chemicis loquuntur. Quod si externis chara-

^{a)} Videtis ipsorum hac de re scripta, in Dissertationis huius Prooemio citata.

8 *De medicamentorum ex Auripigmento*

characteribus ab aliis corporibus mineralibus discernere velis, attendi oportet ipsius colorem fere aureum, ex flauo plerumque viridescentem, variisque saepenumero cinnabarini coloris moleculis hinc inde conspersum atque dispunctum; formam porro scissilem atque lamellatam, friabilemque massam, submollem, cum quadam tamen tenacitate coniunctam, in igne clauso facile liquefcentem, in aperto vero in vapores ingrati ac sulphurei odoris promte solubilem *b)*, specifico denique distinctam pondere, quod, referente MEYDERO *c)*, ad aquam relatum, si, verbi causa, mille huius mineralis adsumas grana, CCXCIV. grana amittit, ut adeo tantummodo DCCVI supersint. Ex quibus postremis tentaminibus hydrostaticis vel luculentissime apparet, auripigmento minime, ut nonnulli rentur, cum arsenico prorsus conuenire: quandoquidem, iisdem experimentis docentibus *d)*, purum arsenicum longe grauius, citrinum vero atque rubrum arsenicum admodum leuius nostro minerali in aqua est prehensum.

§. III.

- b)* Praeter modo allegatas commentationes, *Hoffmannianam* & *Pottianam*, conferri quoque merentur *Caspari NEWMANNI Praelectiones chemicae*, Part. V. Cap. VIII. pag. 1494. Edition. *Zimmermann. Magnif. Praesidis Fundamenta materiae medicae*, Part. I. Class. VII. §. II. & *Illustris Ioann. IVNCKERI Conspectus Chemiae*, Tab. XLIV. pag. 1079. Tom. I. Edit. latin.
- c)* Videatur MEYDERVS in *Analyse Antimonii physico-chemica*, §. IX. pag. 13. seq. Edit. Dresd. MDCCXXXVIII.
- d)* Conferatur idem MEYDERVS *libro* atque *loco iam allegato*.



§. III.

Ex hoc igitur minerali medicamenta compositurus duplici id institutum absoluat ratione, necesse est. Aut enim auripigmentum crudum, neque dum ignis vim expertum, & in naturali adhuc partium suarum vnione constitutum, vñibus aptatur medicis, aut singulae ipsius partes, quibus constat (§. II.), arsenicales & sulphureae, disiunctae atque separatae ita varie tractantur atque praeparantur, vt salutarem acquirant efficacitatem. Prior ista auripigmenti crudi adhibendi methodus nostra nunc parum interest. Tametsi enim, vt infra per exempla demonstrabimus, externus internusque eiusdem vsus, apud veteres inprimis Medicos, non omnino inauditus fuit atque incognitus, insuperque nostris temporibus experimenta, quae iam attigimus, *Hoffmanniana & Pottiana*, aut potius *Schulziana* e), haud deleteriam auripigmenti crudi esse efficacitatem, sed ei maxime aequalem, quae ab antimonio crudo expectari potest, euidentissime comprobarunt: tamen, quoniam de qualicunque certa ipsius in morbis utilitate, neque nostra, neque *HOFFMANNI, POTTII, SCHVLZII*, aliorumue Medicorum fide dignorum experientia aliquid compertum exploratumque habemus, inanibus coniecturis vanisque medicamentorum, vsu nondum confirmatorum, commendationibus suspensos non detinebimus lectores.

B

§. IV.

e) Praeter *POTTIVM* in *Dissert. citat.* §. XVII. pag. 100. Edit. allegat. haec ipse memorat excellentissimus *Ioannes Henr. SCHVLZIUS* in *Thesibus de Materia medica*, §. CXC. p. 53.

§. IV.

Longe autem maiorem in praestantibus medicamentis conficiendis commoditatem altera auripigmentum tractandi ratio (§. III.) continet, quae bina singulorum ipsius elementorum genera (§. II.) seorsim in medicos usus conuerit. Ex quibus si primo *portionem semimetallicam arsenicalem* spectaueris, a sulphureae partis coniunctione plane liberatam, minime ii sumus, qui internum eiusdem usum intempestiua adprobemus commendatione. Quamuis enim quosdam haud vulgaris existimationis haberemus auctores *f)*, qui calcem auripigmenti, siue particulas regulinas semimetallicas, aut nitri ope ex regulo auripigmenti, aut spiritus nitri ope ex butyro eiusdem semimeralli, eductas, & sulphureo connubio plane liberatas, ad innoxiam, immo salutiferam antimonii diaphoretici indolem accedere adfirmant: ne tamen temeritatis inconsideratae homines videamur, nolumus suasores esse aliis, vt huiusmodi remedio, conspicuis salutaribus effectibus nondum notato, aliorum vitam sanitatemque in discrimen deducant. Neque ad externa, chirurgicis artibus sananda, mala simplicis regulinae & arsenicalis auripigmenti partis apud recentissimos & artis suae exercitio celebratissimos Chirurgos honorificam commendatitiamque deprehendimus mentionem. Interim quo minus prorsus nullam huic semimetallicae arsenicali auripigmenti portio-

f) Verbi causa, videatur celeberrimus *Caspar NEWMANNUS*, in *Praelectionum chemicarum* Part. V. Cap. VII. p. 1505. Edit. *Zimmermanni*.



portioni adscribamus utilitatem, eximia prohibet sulphureae auripigmenti partis virtus atque efficacia, quae in vulgari sulphure minerali longe minor deprehenditur, & ad paucissimas moleculas regulinas, quae in huius semimetalli sulphure utcumque depurato absconditae latent, simul quoque deferenda merito videtur.

§. V.

Scilicet alterum elementorum, quae auripigmentum componunt, genus, *sulphur* (§. II.), vario artificio chemico ex auripigmenti massa eductum, & a crudiori semimetallica portione, quoad eius fieri potest, ususque requirit, liberatum, medico scopo potissimum inseruit. Quae in re tamen complures iam Medici, chemici inprimis apparatus medicamentarii amatores, curiosissime studiosissimeque laborarunt g): utemur tamen, sicut in initio statim promissimus (§. I.), selectione iusta atque circumscripta, eorum praecipue praeparandorum cum Lectoribus communicaturi praeparationem, quae cum minus adhuc vulgo cognita vsuque frequentata sunt, & ex parte etiam alibi non descripta; tum ceteris securiora aequae, ac ad plures gravissimos morbos, tam internos, quam externos, medicandos accommodatiora variis crebrioribusque nostris aliorumque experimentis sunt deprehensa. Selectiorum autem huius generis medicamentorum, potiori sui parte ex auripigmenti sulphure aut constantium,

B 2

g) Multiplices variique huius commatis labores atque conatus conferri legique possunt in celeberrimi POTTII *Dissertat. passim*, & nominatim §. XVII. ad XIX.

tium, aut saltem efficacitatem, agendique vim adeptorum, quorum in praesentia descriptionem trademus, quinque tantum numero sunt: *flores nimirum auripigmenti Hoffmanniani, sulphur auripigmenti praecipitatum, idem* singulari & adhuc arcana methodo *correctum, tinctura eiusdem mineralis, & oleum* denique *auripigmenti mundificans* atque balsamicum, anticarcinomatico Korholtiano haud dissimile, & chirurgicis praesertim vsibus destinatum.

§. VI.

Hoffmannianos auripigmenti flores, quos primo nominauimus loco (§. V.), ipse illustris auctor, *Fridericus HOFFMANNVS*, iam pridem in *Observationibus physico-chemicis* descripsit *b)*; ita tamen, ut & parum exposita eorundem esset descriptio, & ob argumenti genus, quod capitulatim ibi tractatur, prorsus aliud alienumque ab auripigmento, postea seorsim examinato, Lectoris animum minus redderet attentum *d)*. Nosmet igitur, huius remedii praeparationem aliunde edocti *k)*, eandem integra bonaque

b) In *citati Operis* Libr. II. Obseruat. XII. pag. 171. Edit. Halensis, anno MDCCLXXII. emissae.

d) Quippe hic *celeberrimus Auctor* animaduersionem refert circa oleum vitrioli eiusque effectus, quos producit, si variis salibus & mineralibus admiscetur. Diffiteri tamen nos non decet, deinde, quum Libr. III. Obseruat. I. experientia curiosa de auripigmenti natura & viribus recensentur, huius quoque experimenti, sed duobus tantum verbis, pag. 260. iniectam esse mentionem.

k) Jam ante plures annos decerpimus hanc ipsam horum florum

naque fide luculentius nunc exponemus. Hos nimirum flores praeparaturus recipito auripigmenti optime lutei, non ex luteo viridescentis, uncias quatuor, in tenerrimum pollinem redactas, iisdem, capacioris colli retortae immisissis, adfundito olei vitrioli uncias tres; quo facto amplum adponi oportet excipulum, & primo leni, dein in fine intensiori igne, ex arenae balneo liquorem destillando expelli glaciatum spissum, butyri antimonii instar, penetrantissimo odore sulphureo, olfacientibus suffocationem minante, praeditum. His omnibus recte peractis, in collo retortae sublimati in conspectum venient flores flavi, odore perfectum sulphur vulgare redolentes, adeoque copiosi, ut ex solo praedicto auripigmenti pondere una florum uncia impetretur.

§. VII.

Longe vero minus operosa huius sulphuris, praecipitationis ope ex auripigmento educendi, est methodus (§. V.). Nimirum auripigmenti optimi, tenerrime puluerisati, una libra perfunditur lixivii alcalici saturatissimi, verbi causa, e nitro fixo vel cineribus clavellatis parati, sesquilibra, & per horam in vase fictili bene vitreato coquitur, aut in

B 3

phiola,

rum conficiendorum methodum distincte descriptam exemplari quodam Praelectionum chemicorum-pharmaceuticarum Hoffmannianarum, ipsius celeberrimi Georgii Danielis Coschwitzii manu conscripto, eandemque dein quoque in clarissimi Gottfried Heimr. Evergharts neuen Zusätzen zur Destillier-Kunst, Process. CXXXVIII. p. 443. seq. iidem exposite traditam invenimus.

phiola, quam dicunt, vitrea per diem noctemque leni tantum adseruatur digestionem. Huic liquori, tunc sulphurato, denuo aquae communis vna aut duae adfunduntur librae, factaque leui tantummodo ebullitione dein, dum adhuc feruet, per filtrum transmittitur hic liquor, postea refrigeratus, sua sponte in vasis fundo insignem sulphuris, ex luteo rufescentis, nauseosumque odorem spargentis, copiam praecipitaturus. Noua porro aquae frigidae adfusionem semper aliquid sulphuris adhuc decidit, donec lixiuum sulphureo hoc consortio prorsus effectum euadit. Omne denique hoc sulphur inde collectum, anteaquam medicamenti loco habetur, aqua dulci saepe numero ablui &, vt Chemici loquuntur, edulcorari oportet. Paulo mitius eisdem huius generis obtinetur sulphur, si lixiuo ante memorato, iam sulphurato, nec dum aquae adfusionem diluro, per filtrum vero traiecto, tantum olei vitrioli intillatur, quantum ad absolutam sulphuris soluti praecipitationem requiritur, & subsidens dein sulphur, decantato antea, vt dicunt, supernatante liquore, aliquoties noua aqua adfusa probe elutum, exacte siccat. Simplici luteo colore, in ruborem non vergente, sulphur, hac ratione praeparatum, a priori discedit, ceteroquin ipsi admodum simillimum 1).

§. VIII.

- 1) Inter arcana remedia a nonnullis Medicis, quaestum e medicamentorum venditione atque negotiatione insignem facientibus, habitum hactenus est hoc, quod vobis sincera fide offerimus, sulphur, lectores: quae eadem quoque de

§. VIII.

Verum enim vero quum, qui haecenus arcanum hoc remedii genus (§. VII.) ad priuatos adhibuerant vsus, satis intelligerent, hoc ipsum sulphur efficacioris penetrantiorisque esse virtutis, quam vt eiusmodi morbis, in quibus rapidissimus humorum per vasa motus neutiquam commouentia atque calefacientia medicamenta permittit, & subtile tamen diuersae naturae virus, a corpore humano susceptum, iterum ex eodem eici expellique oportet, commode proponi possit: de *correctione*, nimiam huius sulphuris efficaciam moderatura, cogitare coeperunt. Proinde, si crudior, empyreumatica, & nauseosa huius sulphuris portio depelleretur, & superstes, tenuiori quodam oleo inflammabili atque aethereo inuoluta, in massam abiret resiniformem, huic scopo fieri satis existimantes, sequenti ratione hanc perficere emendationem, nec inuita Minerua, nec inuitis Iunone atque Mercurio, diuitiarum dispensatoribus benignissimis *m*), conati sunt. Scilicet

de correcto, supra protinus exponendo, valent. Primus, quantum scimus, horum sulphurum, vt medicamentorum, publicam, sed valde obscuram & imperfectam, mentionem fecit *recens Schulzianarum in Dispensatorium Brandenburgicum Praelectionum editor*, pag. 18. ad titulum: *Alkermes minerale*; quem deinde secutus est *Magnificus & Illustris Praeses*, in variis Dissertationibus, infra passim excitandis, vtilissimi huius remedii ampliolem commendans frequentationem.

m) Ne, recte sentiente TERENTIO, veritas odium pariat, malo obsequio amicos parare, reticeboque speciosa illa varia nomina,

cet praedicti sulphuris (§. VII.) quantamlibet portionem, vitreae retortae inditam, sufficientique olei cuiusdam aetherei destillati, verbi causa, terebinthinae, caryophyllorum, aliusue *n*) copia irrigatam, per aliquot dierum spatium lenissimo igne, vt artis est, digesserunt, donec omne solutum esset sulphur. A liquore hoc deinde denuo superfluum destillando abstraxerunt oleum, atque hunc laborem, tam quod ad adfusionem noui purique olei aetherei attinet, quam quod iteratae interest abstractionis & destillationis, tamdiu totiesque repetierunt, donec, odore nauseoso prorsus depulso, materies in retorto vitro remanet perfecte resinosa *o*). Atque hanc demum massam *correctum auripigmenti sulphur* appellarunt (§. V.).

§. IX.

Anteaquam vero ultra progrediamur, quartumque selectiorum horum medicamentorum genus (§. V.) expediamus, operae videtur pretium, pauca quaedam de vtriusque huius sulphuris, tam
simpli-

nomina, quibus hoc medicamentorum genus passim venum prostat.

- n*) Ego vero, saepenumero subtilissimo vini, quod dicitur, oleo hos ad labores vsus, visus mihi sum aliquid habuisse compendii tam temporis, quam sumtuum, in sulphuris huius empyreumatica indole corrigenda. Longe enim paucioribus abstractionibus destillationibusque opus fuit.
- o*) Dum destillat hic liquor, primo oleum aethereum adsum, dein liquor prodit sulphurei & nauseosi odoris: qui sub qualibet iterata destillatione sensim sensimque euanescit.

simplicis (§. VII.), quam correcti (§. VIII.), commo-
modo, ad concinnandas compositas & magistrales,
quas barbaro dicunt vocabulo, remediorum for-
mulas, vsu subiicere ante disputatis. Ante omnia
nimirum amicissimum haec sulphura cum mercuri-
alibus, sale praesertim armatis, exempli gratia,
mercurio dulci *p*), ineunt consortium, horumque
efficacissimas vires vario modo graduque augment
& intendunt non minus, ac temperant atque ad
certos morbos facilius domandos superandosque
dirigunt accommodantque. Qua de methodo
quum iam ante aliquot annos *Magnificus & Illu-*
stris PRAESES noster perfecte, ut solet, absolute-
que egerit, singulari Dissertatione, quae hanc pro-
pius attingit materiem, & nostri quoque sulphuris
mentionem nominatim complectitur, emissa *q*): lu-
bentissime impraesentiarum hoc, amplius haec dis-
putandi, labore supersedebimus.

§. X.

Atqui hoc loco, priusquam ad reliqua per-
gam, non tempero mihi, quin, velut in transcurso,
singularis cuiusdam medicamenti, ex auripigmenti
& mercurii coniunctione constati, primus omnium,
quantum scio, publicam iniciam mentionem.

C

Quip-

p) Quin etiam, huius sulphuris vsum mercurii sublimati
corrosivi vsui medico interno commodissime adungi in-
terponique posse, nuper admodum docuit *Magnificus & Illu-*
stris PRAESES in Dissert. de Mercurii sublimati corro-
sivi vsu medico interno §. IX.

q) In Dissertat. iam citata de Medicamentorum cum salibus
paratorum, &c.

Quippe celeb. *D. Petr. Inman.* HARTMANN, remedium sulphureo-mercurialium ceteroqui parcus atque infrequens laudator & cultor, insignem illam aethiopis antimonialis efficaciam, quae mercuriali simplici deest, considerate intuitus, probeque intelligens, ipsam eiusmodi generis partem semimetalliam, quae priorem istum aethiopem acuit stimulisque instruit, auripigmenti quoque sulphuri, praedicta ratione parati (§. VII.), insitam adhuc esse atque coniunctam, aethiopis etiam auripigmentalis, (venia sit verbo,) conficiendi primum cepit consilium, periculumque fecit. Quo animo fumsit mercurii viui & puri sesquidrachmam, sulphuris auripigmenti drachmam vnam, & patienti tritura diu multumque hanc massam subegit, donec perfectus accurateque mixtus aethiops inde euaderet. Cuius ab usu quaenam effecta praedictus vir obseruarit, sequentibus Capitibus passim attingam.

§. XI.

Sequitur nunc *Tinctura auripigmenti mineralis* (§. V.) breuissime exponenda; cui parandae sequens statuendus est modus: Recipe sulphuris auripigmenti correcti, quantum placet; huic in retorto vase vitreo adfunde alcohol vini, quantum ad perfectam eius requiritur solutionem, & lenissimo calore aliquantulum digere, vt tinctura fiat. Hanc porro noua spiritus vini rectificatissimi adfusione diluioerem & colore pellucido suffusculo praeditam fieri cura, absolutumque erit opus. Ex his, quae de praeparatione huius tincturae iam disseruimus,



mus, haud difficile est conceptu, eandem nihil omnino esse aliud, quam solutum auripigmenti sulphur, teneriori tantum parte tonica vegetabili, quantum oleum istud aethereum, correctioni eiusdem inseruiens (§. VIII.), tum ipse vini spiritus largitur, quodammodo auctum.

§. XII.

Ab ista huius tincturae praeparatione (§. XI.) nonnihil abludit alia quaedam methodus, quae & adhuc maxime in arcanis haberi solet, vnde tinctura priori paullo efficacior impetratur, & vel ipsius perspicacioris subtiliorisque Chemici singularem meretur attentionem. Ne quid ergo invidentiae alere, & quidquam mente reservatum comprimere videamur, bona integraque cum lectoribus acturi fide, & distinctam huius tincturae conficiendae descriptionem sumus subiuncturi. Primo recipe auripigmenti optimi vncias quatuor, antimonii crudi vncias duas, & in patella vitrea, arenae balneo imposita, sufficienti igne liqua in substantiam rubentem, magneti, quem vulgo dicunt, arsenicali simillimam; tum porro limaturae martis & cupri ana vnciam vnam, auri, si lubet, sesquidrachmam, in crucibulo coniunctim intensiori igne in fluorem redige, fufisque adde praedictam rubentem massam, & sufficienti ignis gradu, fac, vt omnia confluant, & optime commisceantur. Dein, dum calet adhuc, haec massa immittitur lixiuio alcalino fortissimo saturatissimoque tantae circiter copiae, quanta massam istam tribus quatuorue partibus



20 De medicamentorum ex Auripigmento

quoad pondus superat, & leniter coquitur, vt lixi-
uio odor saporque sulphureus concilietur. Ex hoc
denique lixiuio separa, quod inest, sulphur ea,
quam supra descripsimus, arte (§. VII.), oleoque
terebinthinae siue pini itidem, vt iam docuimus
(§. VIII.), tracta, tandemque, vt artis est (§. XI.),
tincturam compone r).

§. XIII.

r) Magnam inter se habent similitudinem haec, quam de-
scripsimus, tinctura & *Tinctura solaris Stabeliana*; quam
eximus hic Chemicus, *Georgius Fridericus STABELIUS*, in
praestantissimo opusculo chemico, *Chymiam dogmatico-
experimentalem* inscripto, & Halae nostrae anno MDC-
XXVIII. emisso, expositam cum lectoribus communicauit.
Verum enim vero quum ipse hic libellus ob certas caus-
sas, hoc loco non expediendas, difficillime sit parabilis,
neque in tabernis librariis adhuc reperitur, gratissimam
plerisque lectoribus rem instituturus mihi videor, si &
huius tincturae formulam hic subiunxero. En! itaque
ipsa verba *Stabeliana*: *Recipe auri unciam dimidiam, fun-
datur lege artis; huic fuso adde Lapidis de tribus, ex an-
imonio, arsenico & sulphure communi compositi, unciam
vnam cum dimidia, debitumque ignis gradum adhibe, vt
ista consuant, & legitime sese vniant. Haec massa prius
leni, postea fortiori igne reuerberii calcinetur, addendo in
fine nunc & tunc frustulum sulphuris communis. Calx
haec auri tum soluiatur in spiritu sulis concentrato, abstra-
batur menstruum ad medietatem, & residuo adfunde olei
vitrioli unciam dimidiam, destillationemque continua, vs-
que dum fixus liquor solaris in fundo cucurbitae rema-
neat. Huic liquori postea adde olei terebinthinae uncias
tres, fiatque in cucurbita destillatio, vsque dum haec in of-
sam nigram cocant. Tum massa haec picea incendatur,*
hoc-

§. XIII.

Ad extremum, vt Chirurgiae quoque aliquid concedamus, & illius vtilitati quodammodo inferuiamus, lubet impraesentiarum *oleum* quoddam describere *mundificans atque balsamicum* s), ex auripigmenti prosapia ortum, & iam dudum quidem in Chemicorum officinis notissimum, ad chirurgicos vero vsus raro adhibitum atque traductum (§. V.). Praeparandi illius modus sequens est t): Recipe

C 3

mercu-

hocque, quod post deflagrationem remanet, cucurbitae vitreae immitte, & circiter partes tres aceti destillati concentrati adfunde, hocque bis vel ter abstrabe; tum partitione spiritum vini rectificatissimum ter, & tandem spiritum salis ammoniaci ab hac abstrabe. Porro residuum in spiritu vini rectificatissimo solue & filtra, iterumque solutionem hanc ad mellis usque consistentiam inspissa, & tandem hoc in spiritu ex vino parato rectificatissimo solue ac filtra: sic paratum erit medicamentum dulcis saporis ac grati odoris.

- s) Retinimus receptum a Chemicis olei nomen, licet vel illud ipsum, quod non ardet, luculenter demonstret, ipsi non prorsus cum vegetabilium oleis, eorundemque notis characteristicis, conuenire. Quod ideo volumus adnotare, ne nobis eadem, quae excellentissimo portio, lis intenterur.
- t) Varii conspiciendi & praestantes Scriptores chemici huius olei descripserunt praeparationem; verbi causa Illustris Ioann. IUNCKERVS in *Conspectu Chemiae*, Tab. XXII. pag. 503. Ioannes Henricus PORT in *Exercitationibus chymicis*, p. 65. Gottfried Heinrich VURGHART in *den Zusatzen zur Destillier-Kunst*, p. 336. Caspar NEWMANS in *Praelection. chemicis*, Part. V. Cap. VII. pag. 1494. seq. Edition. Zimmermann. & nonnulli alii.

mercurii sublimati corrosivi selibram, in puluerem redactam, & commisce auripigmenti optimi puluerisati vncis quatuor; hanc mixturam, retortae vitreae amplioris colli inditam, per diem noctemque in cella alioue humido loco repone; deinde adaptato magno vase recipiente, & commissuris luto exacte firmatis, ex cinerum vel arenae balneo, primum blando, dein sensim sensimque aucto igne destilla. Inde primo insignis prodibit quantitas spiritus salis communis tenuissimi, limpidissimi, ponderosissimi, perpetuoque fumantis. Hunc deinde sequitur *oleum* quoddam pingue, instar vegetabilis olei, neutiquam vero ardens, liquori supernatans, & ab eodem, licet saepius fortiusque agitur, semper iterum secedens, & in altum exurgens. Atque hoc ipsum est oleum, quod iam inter medicamenta chirurgica collocamus. Quos vero qualesque ad vsus referuari adhiberique speciatim possit, deinceps explicatius commodiusque ostendemus.

CAPVT ALTERVM
DE
SELECTIORVM HORVM, EX AVRIPIGMENTO
TO PRAEPARATORVM, MEDICAMENTORVM
VIRIBVS GENERATIM.



§. XIV.

Antequam igitur singulares enarremus morbos, quibus, aut mitigandis, aut prorsus tollendis iamiam recensita selecta

Et destinamus remedia (§. V-XII.), accuratioris interest ordinis explicationisque absolutioris, generales istas euoluere virtutes, quae ab iisdem iure meritoque expectari possunt. Verum enim verum quum haec omnia strictim tantummodo sint expedienda, ne forte iustae harum paginarum breuitati officiamus, primo ipsius auripigmenti crudi in corpore humano effecta breuissime tantum expendemus, & deinde singulorum, quibus corpus hoc femimetallicum constat (§. II.), elementorum peculiare propriasque considerabimus vires; vt tandem singulorum medicamentorum ante commendatorum, inita simul istius partis constituentis, quae in cuiuslibet remedii mixtione praecipua est atque princeps, ratione, legitimam exquisitamque constituere possimus aestimationem. Hac enim operate curate absoluta facillime quoque proposito nostro, cui vltimum reseruauimus Caput, sumus satisfacturi.

§. XV.

At enim suo iam indicauimus loco (§. III.), crudi auripigmenti vsum viresque medicas perparum modo nos esse occupaturas: siquidem neuiquam ad selectiora, quae proposuimus, medicamenta pertinet, sed eo tantum nomine aliquam hic meretur attentionem, vt veterum & recentiorum quorundam Medicorum obseruatis & experimentis constat, peculiari huic femimetallico corpori insignem, & certa quadam cum cautione salutarem atque medicamentosam, minime vero deleteriam inesse vim efficacitatemque. Quippe veteres illud magna-

magnarum esse virium pectoralium existimarunt, & inprimis ad pituitosam purulentamque materiam, pulmones infestantem, efficaciter resoluendam, incidendam, euacuandamque commendarunt. Quibus ex auctoribus praecipuos tantummodo, nominisque celebritate reliquis excellentiores, nominatim attigisse sufficiat, DIOSCORIDEM nimirum, GALENUM, MVSAM, APOLLONIVM, ISIDORVM, AVICENNAM, RHASIM, *Ioannem* MYREPSVM, *Nicolaum* PLATEARIVM, & paullo recentiores, FALLOPIVM, RONDELETIVM, aliosque complures u). Quorum experimenta ex iis, qui nostra aetate auripigmenti vsus exposuerunt, ex parte adprobant confirmantque celeberrimi viri, *Friedericus* HOFFMANNVS, *Ioann. Henr.* POTTIVS, & *Ioann. Henr.* SCHVLZIVS x). Inter chirurgicos vero vsus antiquiores Medici praecipue vim lenissime septicam, psilothram, atque vlcera foetida & cacoëthea mundificantem magni fecerunt y).

§. XVI.

Longe vero alia selectiorum nostrorum medicamentorum est virtus. Singulorum enim, solo illo auripigmenti oleo excepto (§. XIII.), mixtionem maxima ex parte sulphurea ingreditur portio, partissimo ceteroqui molecularum regulinarum contagio perfusa. Priori isti sulphureae parti, post alios

- u) Amplius & distinctius hos auctores recensent HOFFMANNVS & POTTIVS *Libr. & locis* in Praefatione citatis.
 x) Videantur *iidem locis allegatis*, & SCHVLZIVS in *Materie medica*, pag. 54.
 y) Confer, si placet, modo nominatos auctores.

alios complures idoneos harumque rerum peritissimos scriptores medicos, nuper quoque *Magnificus & illustris PRAESES* z) adeo luculentissima demonstratione vim efficaciamque generatim insitam, partim vascula irritantem stimulantemque, partim humores commouentem atque resoluentem, vindicauit, vt. superuacaneus omnino foret labor, denuo iisdem ratiociniis demonstrationibusque immorari. Contra ea vero terrestria illa semimetallica corpuscula, si sibi relinquerentur, certissime omnes singulasque irritabiles corporis humani partes vehementer, immo potius violenter essent stimularura atque vellicatura, humores vero in praecipitum coagulatum densamque spissitudinem coactura a). Verum enim vero, quoniam regulina haec pars in supra expositis auripigmenti sulphuribus multo puro simpliciter sulphure est inuoluta atque coercita, longe temperatior inde euadit haec virtus, & coniunctim vna cum sulphureis particulis, quibuscunque hinc enatis medicamentis moderate stimulantem atque resoluentem efficaciam generatim impertitur b).

§. XVII.

Verum enim vero generalioribus his virtutibus horum medicamentorum modo enarratis (§. XVI.) plurimae subsunt aliae quasi subsseciuae vires,

D

potiori

z) In *Dissertatione de Medicamentorum mercurialium, cum salibus paratorum, efficacitate per adiunctum sulphur ad certos quosdam morbos magis accommodanda*, Halae 1754. §. XII-XXI.

a) Confer modo citatam *Dissertationem*, §. XIX.

b) Videat *ibidem*, §. XX.

potiori ex parte ad euacuantium genus pertinentes. Harum primaria est diaphoretica atque alexipharmaca virtus: cui proxime conueniunt atque succedunt discutientes, expellentes, & pro loci materiaeque excrementitiae diuersitate, expectorantes vires. Praeter has porro infitas his remediis experientia demonstrauit efficacitates aluum laxantes & ventriculum blande subuertentes, eoque nomine saepius verminosam colluuiem expellentes. Haec vero singula effecta, sicubi a praedictis remediis fuerint absoluta, subsequitur dein eximia quaedam vis tonica & roborans, merito in motibus naturae, tam exacerbatis, quam sufflaminatis & oppressis, anodynae & demulcentis, nec non analepticae nomen habitura. Proinde, quum humorum corpus humanum permeantium intuitu, ad remedia nostra simul virtus resoluens deferenda est (§. *citat.*): facillime porro, si, vt fas est, Therapiae generalis principiis innitimur *c*), exinde sequitur, vt nostris, quae selegimus, medicamentis, aperiens, digestiua, abstergens, sanguinem depurans, antiscorbutica, antiuenerica, & quaecunque huius generis est alia virtus non sine merito sit adscribenda.

§. XVIII.

Quid igitur virium haec medicamenta, quae priori Capite vsibus destinauimus internis, generatim efficere possint, haecenus exposuimus (§. XIV-XVII.):

c) Conferri, verbi causa, hic merentur *Magnifici & Illustris Praesidis Fundamenta Therapiae generalis, Sect. II. Cap. IV. §. XXVII. seqq.*

XVII.): sed interest adhuc argumenti nostri, vtrum singulorum istorum remediorum efficacia a varia praeparatione, mutuaque cum aliis rebus medicamentoſis coniunctione quomodocunq; immutetur, nec ne? porro expedire ſigillatim. Cui operae breuiſſime ſatiſfaciemus: ſi modo antea, quam certi aliquid definiamus, nobiſcum lectores ad ſequentia attenderint momenta; quorum exploratiſſima eſt veritas, ſacilique negotio, ſi in dubitationem veniret, partim ipſius experientiae teſtimoniis, partim variis principiis & experimentis phyſicis chemicisq; ad liquidum perducere poſſet. Primo quo plus adhuc ſemimetallicae regulinae portionis cum ſulphurea parte coniunctum eſt, & quo laxius inter ſe ambo haec elementa cohaerent, eo efficacior vehementiorque huiusmodi remedii, his partibus conſtantis, eſt effectus, plerumque ob nimios acresque ſtimulos, quos habet, primas potiſſimum vias irritans, adeoque promtiores & interdum grauiores producens ventriculi inuerſiones aluiſque deiectiones, niſi admodum minima atque exiſſima exhibeatur doſis. *Deinde* quo magis arctiusque regulinae moleculae tam a proprio conuatoque ſulphure, quam ab aliis particulis inflammabilibus & oleoſis aethereis ſunt inuolutae, & quaſi ſolutae, inque reſiniformem redactae maſſam, eo mitius moderatiuſque agunt, & leniſſimo tantummodo ſtimulo ſingulas ſe- & excretiones, inprimis per glandularum fabricaeque cutaneae vaſcula perficiendas, excitant augentque. *Tum*, ſi eadem haec maſſa reſiniformis ſulphureo-

semimetallica sufficienti spiritus ardentis & vini copia ad haec diluitur, soluitur, atque adeo in summe exiguas moleculas diuiditur, mitissima demum euadit praedicta virtus, vasculorumque & reliquarum partium solidarum fibrillas ita blande stimulat, vt non solum omnium secretoriae & excretoriae functiones exinde promoueantur atque adiuuentur, sed ipsarum quoque partium tonus atque naturalis elater conseruetur confirmeturque. Singularis denique efficaciae stimulantis atque resoluentis, & in lymphaticos inprimis humani corporis succos penetrantis atque agentis, euadunt haec medicamenta, quando cum hydrargyro, tam crudo & viuo, quam salium congressu nonnihil armato atque acuato, vniuntur *d*).

§. XIX.

His igitur iam praestructis (§. XVIII.) facilis atque exquisita singulorum, quae supra cum lectoribus communicauimus, medicamentorum fieri potest aestimatio & apta conueniensque distinctio. Ad quatuor enim ista, quorum modo dedimus recognitionem, momenta haud inepte, si virium habeantur rationes, earundemque aestimentur gradus, quadruplex nostri apparatus medicamentarii, ex auripigmento conficiendi, constitui componique potest genus. Primum ex his omnium efficacissimum est, in quod ea quadrant, quae primo loco paullo ante monuimus (§. *citat.*). Proinde exigua tantum-

d) Confer supra iam (not. q) *citata* Magnifici Praesidis Dissertationem, §. XXIII.

tantummodo dosi, dimidia nimirum aut duabus tertiiis vnus grani paribus, aut ad summum vno grano definienda, opus est, si solam diaphoreticam vim ceteroquin satis insignem requiras. Sin vero, pro rerum circumstantium ratione, lenissimos vomitus aut blandas aluinas deiectiones vtilis necessariasque duxeris, haud inopportunum duorum granorum erit pondus, vna dosi exhibendum. Hoc ex genere sunt *Hoffmanniani auripigmenti flores* (§. VI.), & simplicia ista *auripigmenti sulphura praecipitando parata* (§. VII.): inter quae denuo priores isti flores potenti plane & tantum non vehementi efficacitate e) posteriora haec conspicue antecellunt.

§. XX.

Quod huic succedit, alterum genus (§. XIX.) longe iam mitius blandiusque operatur, & solum complectitur *auripigmenti sulphur* nostra methodo *correctum* (§. VIII.). De quo inprimis ad alterum momentum ante dicta (§. XVIII) valent, ipsi huic sulphuri efficacem quidem, sed eiusmodi tamen terminis circumscriptam vindicatura vim diaphoreticam,

D 3

diapho-

e) En! ipsum auctoris de horum florum viribus testimonium: *Hi flores*, inquit HOFFMANNVS loco supra not. h) citato, *fere sunt inspidi, & intus dati potenter mouent sudorem, et nec facile vlla medicina sudorifera cum ipsis possit comparari.* Nollem tamen cum clarissimo sentire ERGHARTO, qui, loco supra allegato, dosin quatuor, sex, immo octo granorum constituit. Robustioribus enim cardiacae pectoris oppletiones & vomituritiones, debilioribus vero perfectae hyperemeses ab eiusmodi iusto maioris dosi superueniunt.

diaphoreticam, atque resolventem, quae ultra blande agentis remedii limites non exurgit. Commodissima dosis vnius duorumue, aut, si magnam excitare velis diaphoresin, trium est granorum. Parum ab hoc abludit tertium genus, solutum hoc sulphur, siue *tincturas auripigmenti minerales* (§. XI. XII.) complectens: in quas ea cadunt, quae ad tertium disputauimus momentum (§. XVIII.). Horum intuitu diuersae hae tincturae non solum lenissimorum diaphoreticorum, diureticorum, resoluentiumque remediorum nomen merentur, & in omnibus serosis lymphaticisque morbis eximiae erunt efficaciae, verum etiam inter sedatiua & confortatiua Archaei, quae barbara nonnullis placent nomina, suo iure meritoque non vltimum occupabunt locum.

§. XXI.

Ad extremum quarti quoque horum medicamentorum generis (§. XIX.) mentio est adicienda: quo supra expositorum momentorum vltimum spectat (§. XVIII.). Composita nempe his rationibus remedia excellentissimam acquirunt virtutem resolventem, & quosuis cutaneos vrinariosque non solum, sed glandulosos etiam saliualesque canales ad expeditissima se- & excretionum negotia perficienda irritantem, adeoque sanguini lymphaeque depurandae & referandis glandularum obstructionibus prae aliis huius generis medicamentis eminentissime conducunt. Qua in efficacitate luculentius demonstranda quoniam ipse *Magnificus & Illustris PRAESES*, vt iam suo indicauimus loco (§. IX.),



(§. IX.), nobis otium fecit, hac de re verbum non amplius addemus. De hoc autem ad haec monendi sunt lectores, huic generi subesse partim varias istiusmodi formulas, quae, ad mentem methodumque Medicorum Edimburgensium, ex mercurio dulci & nostro auripigmenti sulphure sunt f) compositae, partim aethiopem auripigmenti Hartmannianum (§. X.). Priorum pro varia forma atque compositione varia quoque est dosis, ita tamen definienda, ut singulis portionibus exhibendis circiter duo mercurii dulcis grana, sulphuris vero ex auripigmento educti vnum, aut correcti iridem duo triaue insint grana. Posterior vero, aethiops nimirum, conuenientissime ad dimidium integrumue scrupulum exhibetur.

§. XXII.

Vt autem tironum demereamur gratiam, quorum vsibus inprimis dicati sunt praesentes conatus nostri, exempli causa aliquot placet adicere formulas, quibus singula haecenus exposita medicamenta apte concinneque cum aliis remediis coniungi darique possunt. Accipite ergo, optimi commilitones, sequentem exiguum huiusmodi medicamentarium apparatus. Agmen ducant *pulueres*; verbi causa, diaphoretici: Recipe lapidum cancerorum praeparatorum scrupulos duos, sulphuris auripigmenti praecipitati, aut florum auripigmenti Hoffmannianorum semisrupulum; misce, fiat

f) Confer inprimis Magnifici & Illustris Praesidis Dissertationem iam citatam, §. XXIV. & XXV.

fiat puluis, diuid. in x. part. aequal. vel Rec. conchar. praeparat. mandibular. lucii piscis, antimon. diaphoret. ana drachm. vnam, sulphuris auripigmenti correcti scrupulum vnum; misce, fiat puluis, diuidatur vt prior. Porro diuretico-diaphoretici: Rec. lumbricor. terrestr. conchar. citrat. ana drachm. vnam, nitri depurati, tartari vitriolati, sulphuris auripigmenti praecipitati ana scrupulum vnum; misce, f. puluis, diuid. in xii. part. aequ. Item laxantes & leniter vomitorii: Rec. salis mirabilis GLAUBERI scrupulum vnum, sulphur. auripigm. praecipitat. semisrupulum; misce, f. puluis, diuidatur in iii. part. aequ. Tandem varii sequentes resoluentes; Rec. lapid. cancror. praeparat. drachm. duas, mercurii dulcis optime praeparati drachm. vnam, sulphur. auripigment. praecipit. semidrachm. misce, f. puluis, diuid. in xxx. vel xxxv part. aequal. vel Rec. sulphur. auripigm. correct. mercurii dulc. optime ppt. ana scrupulos duos, croci martis aperitiui antimoniat. STAHLII scrupulum vnum; misce, f. puluis, diuid. in xx. part. aequal. vel Rec. aethiopsis auripigmental. drachmas duas, succini praeparat. bezoardici mineral. lumbricor. terrestr. ana semidrachm. misce, f. puluis, diuid. in xii. part. aequal. Sequantur nunc *pilulae* resoluentes & diaphnoicae: Rec. priorum puluerum, sine salibus tamen compositorum, cuiuslibet drachmas duas, gummi guaiaci sesquidrachm. resinae eiusdem drachm. dimidiam, balsami de Copaiba q. f. vt fiat pilularum massa; e cuius singulis scrupulis formentur pilulae viginti, vesperi aut mane deglutiendae; vel Rec. massae

massae pilular. balsamic. drachm. tres, sulphur. auri-
pigm. correct. drachm. duas, mercurii dulc. drachm.
vnam, misce, f. l. a. pilulae, pond. gr. vnius, D. si-
gnent. vesperi num. XII. deglutiendae; vel Rec. ae-
thiopsis auripigmental. semunciam, extracti C. B.
fumariae ana drachm. duas, resin. guaiac. drachm.
vnam, misce, f. cum essent. succini, q. f. l. a. pilulae
pond. gr. vnius, D. S. vesperi num. xxv. adsumen-
dae. Placentne *elixiria*? en! sequentia: Rec. Essent.
lign. sassafras vnciam dimidiam, sulph. auripigment.
correct. drachm. duas, soluantur leni digestionem;
tum porro rec. extract. cochleariae, scordii, card. be-
ned. cascarill. aquos. ana scrupulum vnum, extract.
croci semisrupulum, irrorentur liquore nitri fixi,
adfunde vini Canariens. fescunciam, digesta per di-
midium diem confunde cum priori essentia, denuo-
que parum digere, d. f. quotidie bis vel ter gutt. XL.
vel L. exhibendae; item Rec. cortic. cascarill. rasur.
nuc. vomic. pulpae colocynthid. fibrar. hellebor. ni-
gri ana semunciam; sulph. auripigm. correct. drachm.
duas, m. & conc. infundantur cum spiritus vini alco-
holisati q. f. ad eminentiam quatuor digitorum, di-
ger. optime per aliquot dies vase probe clauso, co-
lentur & exprimantur: tum porro essentia haec leni
igne in formam extracti dilucioris siue syrupiformis
euaporando redigatur; tandem rec. extracti huius
scrupulos quatuor, mixturae simplic. non campho-
rat. spiritus vini rectificat. ana vnciam dimidiam, m.
f. elixirium, d. f. quotidie bis vel ter ad XL. vel L.
guttas exhibendum. Agmen denique claudant *es-
sentiae mixturaeque*, vt vulgo audiunt, *concentratae*;
E
exem-

exempli causa sequentes: Rec. essentiae absinthii, scordii, tincturae auripigmenti simplicis (§. XI.) vel compositae (§. XII.) ana drachm. vnam, m. d. f. quotidie ter quaterue ad xxx. aut xl. gutt. sumenda; vel, si magis antispasmodicam velis, recipe Tincturae auripigment. mineral. liquor. anodyn. mineralis HOFFMANNI, ana drachm. duas, olei Caiaput, vel olei vitrioli dulcis, sub finem destillationis liquor. anodyn. mineralis in phlegmate subidentis, scrupulum dimidium, misce, d. f. singulis quaternis horis guttulae xx. vel xxv. adsumendae g); aut, si denique efficacius resolventem malueris, rec. tincturae antimonii acris vel saponat. tincturae auripigm. mineral. ana drachm. duas, m. d. f. ter quaterue in die guttulae xx xv. vel xl. exhibendae. Quorum singulorum medicamentorum peculiarem & specialissimum, quem vulgo dicunt, usum sequens Caput passim luculentius declarabit.

§. XXIII.

Redeo tandem, antequam huic opusculi nostri particulae coronidem impono, ad *olei* ex auripigmento oriundi (§. XIII.), quod ex hactenus recensitorum medicamentorum classe seiunximus (§. XVI.),

g) Haud minorum virtutum mixtura componi quoque potest, in spasmis colicis, cardialgiis, hysterico-hypochondriacis, ipsaeque nephriticis insigniter profutura, si vnum sulphuris auripigmenti correcti scrupulum in essentia cuiusdam antispasmodicae vicia vna solueris. Hi, qui e nucce vomica huiusmodi essentiam componere norunt, hoc virium antispasmodicarum augmentum, hac enehiresi impetrandum, sibi habeant commendatum.

(§. XVI.), generales vires brevissime expediendas. Tametsi enim vel ipsis ceteroquin in chemica arte exercitatissimis perspicacissimisque viris, POTRIO & BYRGHARTO *b)*, subobscura huius olei est genesis: veri tamen simillimum est, illud ex inflammabili sulphuris, in auripigmento haerentis, parte, nonnullas ipsius mercurii & regulinae auripigmenti substantiae moleculas solvente atque arripiente, & parca quadam acidi salis portione esse enatum. Quae utunque se habeant, illud tamen certum est, quam quod certissimum, lenissimum ab hoc oleo, exulceratis corporis humani partibus admoto, induci sepsin, adeoque illud mundificandis & extergendis vel tererrimis foetidissimisque viceribus appime esse conveniens idoneumque. Commodissime autem his vibus aptum reddi potest, si eodem decocto, quo, ad praeparandam aquam gryseam Gohlianam, mercurius solutus diluitur, hoc quoque oleum temperatur. Vnde in liquorem e flavo gryseum abire solet.

CAPVT TERTIVM

DE

POTIORIBVS QVIBVSDAM MORBIS, IN QVIBVS
PRAEDICTORVM MEDICAMENTORVM
EX AVRIPIGMENTO CONFECTORVM
VSVS EST SALVTARIS.

§. XXIV.

Tametsi vero priori Capite expositae generales
E 2 ho.

b) Ni piger, confer priorem in *Libr. citat.* pag. 67. seq. posteriorem vero in *Libr. itidem allegat.* pag. 337.

horum medicamentorum virtutes amplissimum & polychrestum, ne dicamus panchrestum, eorundem declararunt usum: plurimi tamen adhuc nostri refert instituti, ut summa, qua per argumenti rationes licet, breuitate sigillatim illos recenseamus morbos, quibus nostra remedia auripigmentalia, (vt ita loqui fas sit,) insigniter atque efficaciter conducere, partim nostra experientia, partim variis aliorum Medicorum obseruationibus, compertum exploratumque habemus. Atqui hic per partes ituri, summa potissimum morborum genera attingemus & passim tantum specialissimos atque singulares morbos, in quibus prae reliquis nostrorum medicamentorum excellentissimus fuit usus, adiungemus, interiectis hinc inde nonnullorum adfectuum historicis, nostra disputata praecipue illustraturis.

§. XXV.

Primo loco se *febres* commodissime offerunt. Quarum plerarumque criticae solutiones, quum per diapnoëin aut diaphoresin perficiantur, insuperque variis generis materias, viscidas, acres, stagnantes & coactas, morbo fomitem suppeditantes, ante excretionem resolutas requirant, opportunissime a nostris remediis, stimulandi atque resoluendi vim habentibus, inuitantur atque adiuantur. Proinde in *intermittentibus* febribus, sub finem proxysmi frigoris, in robustioribus hominibus, supra memoratorum puluerum (§. XXII.) primus & tertius, in debilioribus vero secundus eximie conducunt. Singulariter autem in pertinaciori quartana insigne operae

rae faciet pretium sulphurum horum auripigmentarium, mercurialibus nuptorum, vsus, si diebus quoque intermediis semel aut bis in die admittatur. Cui fini bene conueniunt tres posteriores pulueres omnesque pilulae, quarum formulas supra (§. cit.) descripsimus. Tandem quoque declinancibus his febribus ambo elixiria & essentiarum prima, itidem paulo ante descripta, ad reddendum visceribus intestinalisque robur, haud vulgaris sunt efficacitatis.

§. XXVI.

Neque poenitebit quemquam his sulphuribus vsum, si *catarrhalium febrium* medelam intendit. Quandoquidem in *benignioribus* huius generis adfectibus, vel etiam nulla febre stipatis, verbi causa, coryza, grauedine, tussi, glandularum colli parotidumque tumoribus, aliisque huius commatis, saepenumero vna alteraque dosi huius sulphuris, tam praecipitati simplicis, quam correcti, & mox cum mercurialibus, mox sine iisdem exhibiti, aegrotantes vidimus promte expediteque alleuatos. Inferuerunt his vsibus nostris clinicis plerumque, si supra propositus spectetur apparatus (§. XXII.), e pulueribus primus, secundus, & quintus, e pilulis ambae priores, interposita nonnunquam mixtura resoluente, omnium postremo loco commendata. Verum enim vero plus etiam, quam credi sperarique posset, proficiunt haec sulphura omnibus febribus catarrhalibus, *malignum* ingenium nactis, anomalis, ex intermittente & acuto typo compositis, epidemice grassantibus, exanthematicisque ipsis, verbi gratia,



morbillis, variolis, petechialibus, ceterisque terribiliora adhuc nomina habentibus: in quibus omnibus singulisque partim & potissimum correctum auripigmenti sulphur, vnus tantum grani pondere teneriore quodam absorbente permixtum, & pro aegrotantis rerumque circumstantium conditione semel bisue per diem eo, quo natura ipsa placidam mouet aut mouere conatur diaphoretin, tempore datum, impurae maleque constitutae lymphae crassim efficaciter emendat, eiusdem statim eximie discutit, exanthematum eruptionem placide adiuuat, & periculosam auertit retrocessionem; partim idem sulphur, aut ipsum quoque simplici praecipitatione confectum, vbi imprimis ad saliuales glandulas decubitus animaduertitur factus, mercurialium accessione, vt supra ostendimus (§. cit.) conuenienter armatum, criticam hanc per salivae vias euenturam solutionem mirifice salutariterque mouet promouetque 2).

§. XXVII.

- 2) Exemplis & mihi, & sulphuri meo fidem faciam. Duobus abhinc annis puella decem annorum, paullo cachectica & vt euentus docuit, verminosae colluicis plena, variolis corripiebatur haud profecto benignis: quippe, ad sextum vsque diem crebrioribus conuulsivis motibus vexata, plurimas quidem in cute, praesertim in collo, ostendit pustulas, sed minus eleuatas, pallidas, & passim in luridum colorem vergentes. Hoc in statu parcissimus obseruabatur in cute mador, saepenumero profus euanesceus; diarrhoea subinde accedebat, sed minus torminosa; summa ceteroquin virium aderat postratio. Tum sub exitum sexti diei propinaui aegrotae vnicam sequentis pulueris dosin:



§. XXVII.

Denique etiam earum febrium iniicienda est mentio, quae a singularium quarundam corporis nostri

fin: Rec. matris perlar. ppt. scrupulum vnum, sulphur. auripigment. correct. grana quatuor, mercurii dulcis optime praeparat. grana duos; M. F. pulvis, diuidat. in rv. p. aequ. A cuius pulueris usu prima statim, qua datus erat, hora auctior animaduerebatur constantiorque mador; latis placidus & infrequenter tantum interruptus per noctem erat somnus; mane tandem largissima sublequebatur saluatio & haud minor e naribus phlegmarorrhagia, cum insigni faciei intumescencia: quo facto conspicue eleuabantur pustulae, rubicundioresque factae in consuetam, vt conuenit, transibant suppurationem, manente adhuc per octauum nonumque diem saluatione. Nono die circa meridiem subito intra horam quater cum torminibus deieciabatur aluus, simulque septem variae magnitudinis lumbrici, mortui tamen & iam semiputridi, expellebantur; vnde vero ipsi variolis, iam optime suppurascensibus, nulla accidit mutatio, donec consueto more, siccatis denique pustulis, ab hoc morbo penitus reualesceret puella. Subiungam huic historiae aliam, a praesenti instituto minime quoque alienam, quam cum *Magnifico & Illustri Praeside* clarissimus quidam & exercitatissimus Medicus Erfurensis nuper communicauit. In pago quodam, haud longe ab Erfordia distito, primo admodum huius anni vere, singularis quaedam grassabatur febris catarrhalis maligna, infantibus imprimis infesta; quae primo statim die, cum insigni capitis ardore, coryzam inferebat, secundo mox die in grauedinem degenerantem, ex qua protinus angina enata est mucosa, ad tertium perdurans diem, plerosque infantes, inter continuos stertores, catarrho ex hac vita auferens suffocatiuo. Pauci, quibus parotidum superuenit tumor,

40 De medicamentorum ex Auripigmento

stri partium inflammatione cognomen habent; quoniam ipsis quoque medicandis idonea est medicina nostra. E reliquis autem paullo ante consignatis medicamentis (§. XXII.) Medici in morborum huiusmodi inflammatoriorum curatione commendatissimum sibi habeant correctum auripigmenti sulphur (§. VIII.), mane vesperue cum conuenientibus aliis remediis datum, interposito & subiuncto per diem temperantium & discutientium acidulorum atque nitrosorum vsu. Bene cum primis hunc in finem congruit alter in recensitorum ordine puluis (§. XXII.), bis vel ad summum ter in die propinatus. Hac enim methode, praecipue si infusa theeformia diapnoica simul, vt decet, fuerint coniuncta, non solum placida conueniensque excitabitur diaphoresis, sed etiam ipsa sanguinea stasis, incendii fomes atque origo, sicubi forsitan nondum in sphacelum transierit, facilius discutietur. Quo consilio etiam Medicus, sublato incendio, ne exardescat denuo, impediturus,

tumor, post spontaneam aut, vbi opus fuit, arte factam apertionem, maximam mucosae colluiei copiam effundens, ex communi strage euaserunt. Omnibus, praeter emetica nonnihil proficientia, incassum adhibitis, tandem, quum nostrum auripigmenti sulphur non ad manus esset, illius loco sulphur antimonii auratum, mercurii dulcis parca portione interpolatum, adeo felici cum successu est adhibitum, vt non solum primus statim infans, cui haec medicina propinabatur, quasi e mortis faucibus eriperetur, sed reliquis etiam omnibus, nemine excepto, vita sanitasque restitueretur. Salutaris autem huius pulueris effectus in primis in profundissima constitit saluatione: qua absoluta, mitis successit vomitus, minus tamen insalubris.



turus, haud inopportune tinctura minerali quadam (§. XLXII.), bis vel ter in die oblata, cum debilitatis vasculis pristinum restituet robur, tum lenissimam diapnoën, hoc in statu summe necessariam, optime conseruabit.

§. XXVIII.

Venimus nunc ad *haemorrhagicos adfectus*, ad quos, varia ratione constitutos, non omnino inutilis nostrorum medicamentorum est applicatio. Quippe tam in deficientibus naturalibus sanguinis stillidiis aliquid stimuli habent, vnde felicius expeditiusque succedat profluuium; quam in excedentibus modumque supergressis ad remotiora loca congestos & impetuose prorumpentes deriuant humores, canalesque debilitatos denuo roborant firmantque. Sed vtrique huic fini haec medicamenta per aliorum adiuuantium dirigentiumque remediorum adiunctionem propius accommodari oportet. Si *defectum* naturalium huiusmodi profluuiorum respicias, hic prae reliquis omnibus menstruae feminarum per vterum, & periodicae vtriusque sexus, potissimum tamen virorum, per ani venas purgationes in censum veniunt. Qui vterque fluxus, si substiterit, quin etiam statum cachecticum iam inducere coeperit, commodissime sulphur auripigmenti correctum, non sine insigni aegrotantium alleuamento, perfert, praecipue si mercurialibus aut martialibus particulis fuerit conuenienti methodo iunctum. Cuius saluberrimam efficacitatem insigniter iuuant augentque elixiria resoluentia atque roborantia, interposito tempore vsurpata. Proinde, no-

F

stra



stra experientia frequenter edocti, de merito commendamus huiusmodi aegrotantibus, si magis phlegmatici fuerint temperamenti, inter pulueres supra recensitos sextum (§. XXII.), si vero sensibilius & cholericum sanguineumue habuerint corpus, alteram pilularum *k*) formulam (§. cit.), circa consuetas harum haemorrhagiarum periodos ter quaterue singulis aut alternis diebus vesperi adsumenda. His remediis per octo circiter dies interponatur in posterioribus aegrotantibus elixirium prius, & posterius in prioribus, ter aut quater per diem. Reliquo vero, quod superest, tempore vtrumque aegrotantium genus essentia quadam resolvente, saltem bis quotidie, vti oportet: cui vsui apprime conuenit ea mixtura, quam supra (§. cit.) postremo descripsimus loco.

§. XXIX.

k) Nouimus mulierem quandam, quae, dum virgo adhuc erat, nec dum viro nupserat, aliquando subito quodam terrore perculsa, in mensium iamiam imminentium plenariam adeoque pertinacem incidit suppressionem, vt integris duobus annis hoc naturalis purgationis beneficio prorsus careret. Vnde cachectica facta, intra hoc temporis spatium tantam medicamentorum variorum, inprimis pilularum balsamicarum ordinariarum, copiam adsumsit, vt eandem haud inique viuum ambulatoriumque dixeris apothecariolum. Quae omnia vero quum fecissent nihil, nouus in consilium vocatus Medicus supra commemoratam medendi adhibuit methodum, tantumque duorum mensium interuallo effecit, vt primo parcae, deinde, recurrense menstrua periodo, largioris & sufficientis copiae catamenia profluerent, simulque in primis adhuc initiis constituta cachexia penitus tolleretur.

§. XXIX.

Huiusmodi autem *haemorrhagicorum adfectuum* (§. XXVIII.) *excessui* temperando atque moderando maxima cum circumspeditione proponenda sunt praesentia, de quibus disserui, remedia, neque alia ex iisdem, nisi temperatissima, sunt seligenda, quae solam blandissime excitant diapnoen, simulque deiectum vasorum robur reparant restituuntque. Quam ob causam, dum ipsa sanguinis impetuosa sit profusio, a qualiumcunque horum remediorum usu abstinere Medicos iusserim; coërcito vero atque mitigato parum profuuiio, haud poenitendae efficaciae deprehensum est sulphur auripigmenti correctum, si vnus tantum grani pondere cum alio quodam puluere temperante atque diapnoico permixtum exhibeatur. Cui scopo diapnoico, congestos humores a locis haemorrhagicis auocanti, conuenientissima quoque est tinctura auripigmenti simplex atque composita (§. XI. XII.), si partim in fine huiusmodi insultuum haemorrhagicorum, partim in hominibus minus sanguineis atque cholericis aliquoties in die, parca tamen manu, hoc est, ad guttulas viginti porrigatur. Cui vsui haud inopportuna quoque est mixtura antispasmodica, quae inter supra descriptas formulas (§. XXII.) vltimam proxime antecedit.

§. XXX.

Qui nunc sequuntur, aegroti, *adfectibus spasticis vagis fixisque, conuulsivis, arthriticis, rheumaticisque* laborantes, a remediis nostris, modo legitimo vsurpatis, plurimum auxilii alleuamentiue haud vana spe expectare possunt. Quoniam enim potior

44. *De medicamentorum ex Auripigmento*

horum morborum pars cum ab insensibili, qua a SANCTORIO nomen habet, feri excrementitii per subcutaneos tubulos transpiratione impedita sup-
 pressaue primas deducit origines, tum saltem hoc
 quantum quantum est, praedictae excretionis viti-
 tum coniunctum habet, eoque nomine ad varia sin-
 gularia corporis humani loca humores partim te-
 nues, acres, atque resolutos, partim spissos viscidos-
 que confertim impellit congeritque: singula, quae
 prioribus Capitibus pertractauimus, remedia, com-
 modissime hisce morbis, non sine fructuosa vtilique
 efficacitate, opponi possunt. Interest tamen pruden-
 tis Medici, subactoque iudicio practico praediti, vt
 curatissimam adhibeat cautionem, quo in congestio-
 nibus sanguineis, doloribus eadem origine natis,
 itemque in corporibus facillime irritabilibus, ea ran-
 tummodo praedictorum medicamentorum in vsum
 vocet genera, quae lenissimo stimulo sunt praedita;
 verbi causa, correctum auripigmenti sulphur, ae-
 thiops tincturaeque auripigmentales (§. VIII. X. XI.
 XII.): contra ea vero, quicquid ex his medicamen-
 tis reliqui est (§. VI. VII. IX.), serosae colluiei corri-
 gendae destinet atque expurgandae.

§. XXXI.

Proinde, si speciatim hos adfectus (§. XXX.)
 attingere lubet, prae ceteris in cephalalgicis, otalgi-
 cis, odontalgicisque cruciatibus, itemque in renum
 vesicaeque spasmis, vbicunque sanguinea intercur-
 rit causa, e pulueribus supra praescriptis secundus
 &, simplici sulphure in correctum murato, tertius;
 nec non septimus; e pilulis mediae; ex elixiriis pri-
 mum;



num; e mixturis denique binæ priores excellen-
tius conducant. In cardialgia colicaque spasmodi-
co-flatulenta, in praecordiorum dolore, fellei calcu-
li comite, ipsisque motibus epilepticis, convulsivis, &
hypochondriaco-hystericis singularis virtutis est
mixturarum penultima (§. XXII.); in cuius quoque
locum opportunissime substitui potest ea mixtura
antihysterica, cuius supra (§. cit.) quasi in transitu in
subiecta mentionem fecimus adnotatione l). Podag-
rico arthriticoque dolori, nec non iam nominato
cephalalgico, otalgico, odontalgicoque, si a serosa
euenerit causa, non solum correctum conducit sul-
phur nostrum, sed etiam simplex praecipitatum, con-
ueniente atque refracta dosi datum: cui resoluen-
tem quandam mixturam cum infuso eiusdem gene-
ris theiformi adiungi oportet. Nostras itaque per-
lustraturus formulas (§. XXII.) haud difficulter in-
telliget, omnes fere ibidem designatos pulveres, ex-
cepto quarto, pilulas omnes, ex elixiriis prius, cun-
ctas denique mixturas; prout varia aegrotantis mor-
bique fuerit conditio, his visibus haud esse ineptas.
 tandem etiam in plerisque pectoris adfectibus, tus-
si, asthma, oppletione pituitosa, & id genus ceteris
malis, praesentissimarum virium haec sunt sulphura:
quo, praeter ceteros plerosque, pulvis praecipue
spectat ex ordine quartus (§. cit.).

§. XXXII.

Porro magna etiam vis est horum medicami-
num in morbis a viscerum laeae atque solidarum par-
tium resolutione & atonia oriundis. Quippe non so-

F 3

lum

l) Confer not. g)

lum molestam atque corruptam materiem, visceribus maxime incommodantem, remouent & expellunt, sed solidas etiam fibras, a pristino, quem natura concesserat, elatere deiectas, nouo auctoque iterum instruunt robore. Quocirca viscerum glandularumque tumores, infarctus, obstructions, scirrhosque, itemque cachecticam humorum dyscrasiam tollunt, vnde alioqui

— — *scatet, tanquam de fonte perenni,*
Febris, & vlcus atrox, scabies, porrigo, podagra,
Articulosque premens, manibusque infesta chiragra,
Et lippi stillant oculi, resolutaque — —
Membra tremunt, dentesque cadunt, olet halitus oris,
Et stomachus languens venit m).

Speciatim vero neruorum resolutionibus, quoad eius fieri potest, efficaciter medentur minerales nostrae auripigmenti tincturae (§. XI. XII.), eademque oleo quodam atque minerali liquore antispasmodico & anodyno acuatae; quarum exemplum mixtura, quae praeter vnicam postrema est, luculentissimum sistit (§. XXII.). Praeterea regio, quem dicunt, morbo, hydropi, cachexiae & chlorosi, nec non fluori albo n) & gonorrhoeae, cuiuscunque fuerit ingenii, benigni, an maligni, partim amaris nupta extractis, partim mercurialibus interpolata, medicamenta haec felicissimo cum successu proponi possunt, si modo

m) *Marcellus PALINGENIUS in Zodiaco vitae, in Geminis, vers. 622. seq.*

n) *Videsis Magnifici & Illustris PRAESIDIS iam citat. Dissert. de Medicamentorum mercurialium, cum salibus paratorum, efficacitate, &c. §. XXVI.*



do constans fuerit usus, neque aliae medicinae, cui-
bet morbo conuenientes, simul negligantur. Ex
auripigmentali apparatu medicamentario huc refe-
ras (§. cit.) potiores pulueres, pilularum binas prio-
res, ambo elixiria, mixturamque resoluentem, vlti-
mum nactam locum. Ante omnia vero in scirrhosis
partium glandulosarum, verbi causa, testium o), in-
durationibus mercurius dulcis, nostro auripigmenti
sulphuri legitime permixtus, praestantissimum ope-
rae facturus est pretium; quemadmodum ipsi nos
saepenumero comperimus obseruando.

§. XXXIII.

Progredimur nunc ad morbos, externas potis-
simum corporis nostri partes adfligentes atque de-
foedantes, ex qualibuscunque *massae sanguineae lym-
phaticaeque inquinamentis* exortos. In his omnibus
singulisque adfectibus difficile est dictu, vtrum alia
quaedam, quaecunque placuerit, medicina praesen-
tibus nostris medicamentis, praesertim purioribus
& simplicioribus auripigmenti sulphuribus, plus va-
leat, nec ne? Paucis: in lue venerea, omnibusque
vel grauissimis illius symptomatibus, vlcerebus nari-
um, faucium, aliarumque partium foetidis & carci-
nomaticis, testiculorum glandularumque inguinali-
um tumoribus atque scirrhis, vlcerosi labiorum,
vbi committuntur, fissuris, scabie venerea, tophis os-
sium p), & ceteris; neque minus in ipsa scorbutica
humorum corruptione, purpura chronica, scabiosis
& pruriginosis habitus cutanei pustulis, achoribus,
capitis

o) Confer eandem Dissertationem, §. XXV.

p) Evolue eiusdem Dissertationis, §. modo citat.

capitis tinea, herpete, varis, gutta rosacea, & id genus
aliis malis, remedia haec, praesertim mercurialibus
maritata, & conuenienti decocto resolvente adiuta,
diuini paene auxilii nomen sibi vindicabunt q).

Adfer-

q). Magnum hoc loco exemplorum, hic dicta illustrantium,
apparatum plena manu lectoribus offerre possemus, si no-
bis nunc liceret esse longioribus. Venerorum enim
morborum, hisce remediis expugnatorum, historiae saltem
quadraginta nobis suppetunt; vt taceamus singularem au-
ripigmentalis sulphuris cum interno mercurii sublimati
corrosiui vsu coniunctionem, quam nuper in *Dissertatio-
ne, de Mercurii sublimati corrosiui vsu medico interno in-
scripta*, §. IX. seq. nobiscum communicauit *Magnificus*
PRAESES. Eidem vero debemus quoque aliud longe me-
morabile adfectus cuiusdam scorbutico-veneri exem-
plum, quod doctissimus quidam dexterrimusque Medicus
Quedlinburgensis ad *Magnificum* perscripsit PRAESIDEM,
huiusque consilio suauisque sulphuris auripigmentalis vsu
malum mitius reddidit & fere perlanatum. Quod quin
aditiamus, licet omnia strictim recensenda sint, calamo
temperare non possumus nostro. Femina, viginti sex an-
nos circiter nata, cholericæ, strictioris habitus corpore praed-
ita, variis animi perturbationibus frequenter obnoxia,
postquam non solum ex scorbutica purpura, male tracta-
ta & retropulsa, laborarat, sed etiam infelix passa erat
puerperium, variis valetudinis adfectionibus stipatum, de-
nuo grauida est facta. Enimvero infelici fortuna abor-
tum facit; hinc caramenia redduntur anomala, succedit
corporis grauitas imbecillitasque cum acerbissimo capitis
dolore; ipsae quoque fauces male se habent; superuenit
porriginosa capitis defoedatio, dolorumque exacerbatio;
menstrua prorsus subsistunt; faucium exulceratio peior in
dies fit, & porrigo in faciem & vniuersum reliquum pro-
serpit



Adseruamus hos in vsus plerumque primum,
quin-

serpit corpus. Pustularum margines eleuati sunt & cruenti, crustisque obfiti ficcis, dolentibus, subcineritii coloris. Praeter haec in tibiis & cubiti ossibus nimis dolorificae exostoses oriuntur; fauces magis magisque in dies exulcerantur, vt etiam uvula cum palato pariatur arrosionem. Hunc ergo statum prior Medicus, cuius curae aegrotata permittebatur, venereum adfirmavit, a Chirurgo, extergendis faucibus adhibito, hac in opinione confirmatus. Hic nimirum retulit Medico, aegrotatae infantem a prima nutrice, cui alendus erat traditus, exulceratum os contraxisse, similique dein exulceratione non solum huius nutricis, a qua ipse infectus erat, sed duarum adhuc nutricum mammas adeo infecisse, vt praebendo lacti fierent ineptae. Infans nunc temporis sex menses supra annum natus est, perpetuoque adhuc oris ulcere infestatur. Vnde primus hic Medicus infantem a prima nutrice, luis venereae contagio forte infecta, per lac itidem hanc luem contraxisse autumat, simulque exinde miasma hoc ad matrem, (ceteroquin ob domestica negotia infantulum suum rarissime in vlnis gestantem aut basiantem,) transisse sibi persuadet. Hoc ergo animo tenentiori huic femellae saluatoriam, quam dicunt, curationem plane peruerso adhibet modo. Parum sollicitus, vt siccius huius mulieris corpus sufficenti conuenientium decoctorum potu antea dilueretur, primo statim pilulas offert drasticas deglutiendas, e gummi guttae, extracto colocynthidos, mercurio dulci, &c. compositas, insuperque hanc efficacem alioquin medicinam in sicco hoc corpore nihil emouisse miratur. Hac ratione aegrotata intra beuissimum admodum tempus tres mercurii dulcis drachmas adsumsit, sine congruo tamen regimine; cui adstringi se impatiens hic inquietusque aegrotantis
G animus

quintum, septimumque ex recensitis pulverem
(§. XXII.);

animus minime est passus. Dum haec aguntur, salivallisque latex iam per duas hebdomades stillauerat, alter in consilium adhibetur Medicus. Qui, miratus primo incongruam hanc methodum, deinde & symptomatum a salivatione incrementa, & aegrotantis nauseam, qua lignorum decocta prosequabatur, intritus, aliam omnino medendi rationem incundam esse existimavit. Quum enim & singularem odorem vappidum foetidumque, veneris ulceribus alias familiarem, & fluorem album, genitaliumque partium erosionem, abesse intelligeret, licet cetera, quae venerum malum comitari solent, symptomata hic conspirarent: primum de verae luis venereae praesentia dubitare coepit. Proinde mitigata nonnihil & temperata, per blandiorum laxantium, maniatorum & rhabarbarinorum usum, salivatione, interpositum est his remediis mane dilutius lignorum decoctum, in lecto bibendum, & reliquo tempore serum lactis, recentium herbarum mundificantium expressis permixtum succis; quibus subinde refractior mercurialium nonnullorum addebatur usus. Hac medendi methodo aliquot expugnata sunt symptomata, faucium vero ulcera magis sunt exacerbata. Euanescebant exostoses; capitis ulcera sua sponte coibant. At enim vero breuissimum hoc fuit gaudium. Mox enim novus tibiam obsedit tophus, vlcusque, alterum bregmatis os exedens, recrudit. Ancipiti hoc in statu Medicus forte fortuna in *novorum Tentaminum observatorumque Edimburgensium* Tomum primum, pag 462. incidit, ibidemque haud dissimilis mali reperit historiam. Ratus ergo, primariam proximamque huius atrocis morbi causam lymphae corruptae puritridaeque deberi, pilulas Edimburgenses alterantes, optime cum successu, adhibendas ordinavit. Superest autem

(§. XXII.); vnicamque quotidie dosin vesperi adsumi iubemus.

§. XXXIV.

rem adhuc vnicum idque carcinomaticum vlcus, in sinistra parte pharyngis musculos edens, nec traumatico obediens decocto, nec vnguento, e melle rosarum & chelidoniae, essentia myrrhae, balsamo Peruuiano, vnguentique Aegyptiaci tantillo constanti. Tum per litteras consultus *Magnificus & Illustris* PRAESES noster, iustis de rationibus statum huius aegrotantis complicatum, cacochymicum nempe scorbutico-venerum, iudicauit &, inter alia plurima saluberrima consilia, quae enarrare hic nimis longum foret, partim ipsi cacochymiae medicandae cum pro potu ordinario decoctum radicum chinae, bardanae, & taraxaci, rasuraeque eboris destinauit, tum matutinis horis in lecto adsumi iussit mundificans decoctum, e radicum chinae, bardanae, taraxaci, liquiritiae, ana vncia vna, pimpinellae albae drachmis sex, herbae saponariae manipulis duobus, rasurae ligni sassafras, guaiaci, ana drachmis sex, ligni pini semuncia, seminis foeniculi, corticis cinnamoni ana drachmis tribus, mixtis & concisis decoctisque constans. Permissit tamen, suffici interdum in huius decocti locum theesforme infusum, ex herbis arnicae, fumariae, saponariaeque & citri cortice, coniunctim incisiss, praeparandum. His autem remediis efficacissimum adiunxit, sulphur nimirum antimonii & auripigmenti, mercurio dulci, in forma pulueris, quinto loco supra (§. XXII.) praescripti, nuptum, quotidieque vesperi adsumendum, & subinde, si aluus fuerit segnis, lenissimis laxantibus aut clysteribus interpolandum. Partim vero maligno quoque *Magnificus Vir* prospexit vlceri, cum ante deseriptum decoctum saturatius, gargarismatis loco habendum, tum mixturam ex aquae calcis viuae vnciis quatuor,



§. XXXIV.

Duobus tandem, quod aiunt, verbis *infantium morborum* meminisse liceat: in quibus etiam passim auripigmentalia nostra eximiam praestant vtilitatem. Exempli causa, atrophiam misellorum infantum, ex infarctis plerumque obstructisque mesenterii glandulis subnascentem, porro rachitidem, & quae hanc saepius numero sequitur, paedarthrocacem siue, ut vulgo dicitur, spinam ventosam *r)*, si qua vnquam conualescentiae spes est, sulphur profecto nostrum auripigmentale, tam simplex, quam mercurialibus particulis variis vnitum, promte adgreditur, corrigit, dissolvit, & tandem tollit. Accommodatissimam huic fini deprehendes primam, quintam, sextamque pulverum formulam (§. XXII.). Quae posteriores binae, itemque statim subsequens septima, ad enecandos eiciendosque

tuor, & mercurii dulcis alcoholisati scrupulo dimidio iniiciendam, tum denique tincturam exfoliativam, quam de LINDERN in *Speculo Veneris*, pag. 356. descripsit, illinendam commendans. Ab his remediis mox, conspicue quasi, conualuit aegrotans; cessit protinus inopportuna saluatio; cessit venerea scabies: & in altera sura tantummodo remansit vlcus, ab oedematoso pedis tumore male tractato diaeteticisque erroribus corrupto exortum. Quod deinde noua quadam Chirurgi temeritate d'cam, an infania? malignissimos contraxit mores: de quibus amplius exponere nostri non refert instituti.

r) Euolui meretur hac de re *Magnifici & Illustris Praesidis* Dissertatio de Remediis mercurialibus, spinae ventosae medicandae interdum idoneis, §. XLI.



que ex intestinorum tractu vermes insignem habent efficacitatem. Exanthematum denique infantilium iamiam paullo ante (§. XXXIII.) mentio est iniecta.

§. XXXV.

Atqui demum superest adhuc specialissimus olei, cuius ex auripigmento confectionem primo tradidimus Capite (§. XIII.), breuissime indicandus vsus. Ob lenissimam sepsin, paratam inde aquam subgryseam (§. XXIII.) in carcinode ulcere valde proficua fore, verisimillimum videtur. Quandoquidem & probabile est, celebratissimum alias *Kortholtianum in cancro specificum* ab oleo nostro parum abfuisse. Quae cum alibi locupletius disputauit *Magnificus & Illustris PRAESES s)*, in praesentia manum subrahemus de tabula, suscepto a nobis officio nos nunc satisfecisse existimantes. Prolixe gratulabimur nobis, si bona lectorum pars practicos hos nostros conatus, veri rectique conscientia institutos exantlatosque, aequi & boni consuluerit, medicamentorumque ex auripigmento praeparatorum praestantissimum usum medicum intellexerit luculenter.

*Tu liber interea diuersa per oppida curue,
Inuidiam subiture grauem; nam multus ubique
Oblator erit, cuius lacerabere morsu t).*

- s) In Dissertatione de *Vsu mercurialium in Cancro*, §. VI.
t) *Marcellus PALINGENIVS* in *Libri citati* fine.

S. D. G.

G 3

35



Ich kan und darf wohl so, geliebter Freund, nicht scheiden,
Da mir der kalte Nord zum Dienst des Nächsten winkt,
Bevor mein Dichter-Rohr Dir im Gefühl der Freuden
Das letzte Leberwohl mit bangen Herzen singt.
Ich habe Dich geliebt; ich werde Dich noch lieben;
Wohin mich auch die Hand der weisen Vorsicht führt.
Denn wird mein Fuß jetzt gleich durch See und Fluth getrieben,
So glaube, daß mich da auch Deine Freundschaft rührt.
Ich bin selbst Zeuge mit bey Deinem Ruhm gewesen,
Da Dir Hygeens Hand Kranz, Ring und Würde gab.
Hier sprich! War nicht die Lust an meiner Stirn zu lesen?
Du brachst vom Helicon die Frucht des Fleißes ab:
Und dieses sollte mich nicht innigst, Freund! vergnügen?
Mein Herz fühlt viel zu sehr. Ich mahle nur die Lust an
Und schildre mein Gefühl Dir bloß mit matten Zügen.
Den stärksten Reiz allein empfindet nur die Brust.
Es wird nun bald durch Dich des Nächsten Schmerz be-
stritten;
Zieh, Freund! mit Seegen fort! Die Deinen wünschen
Dich.
Und ist es mir erlaubt Dich noch um was zu bitten:
So sey in Zukunft auch mein Freund und liebe mich.

Joh. Andreas Wilhelm Büchner,
Medic. Doctor, Oppon.

Mon-



Monsieur,

La couronne de laurier, dont Esculape environne aujourd'hui VOTRE tête, m'offre l'occasion désirée, de vous déclarer publiquement l'amitié, que j'ai dédiée à VOTRE chere personne il y a long temps. Je vous témoigne aussi la grande joye, qui me demeure de VOTRE promotion, pour la quelle je vous souhaite du plus parfait bonheur. Ayez la bonté, je vous prie, de me conserver à l'avenir VOTRE agreable amitié, & d'être assurément persuadé, que personne au monde n'est plus veritablement, que je suis,

Monsieur,

Votre

très-humble serviteur
& constant ami

Christoph. Ernst. Grofs,
Doct. en Medec. Oppol.

Da, wo in festlichen Pracht, durch würdige Lehrer erhaben,
Fidriciana Verdienste belohnt;
Warhafte Jugenden frönt, und um die Stirne des Weisen
Den ihm verdieneten Lorbeer biegt;

Da siehst mein freudiger Blick mit sanft entzückender Regung,
Die meine Dich liebende Seele erfüllt,
Dich, o mein Kuppermann! Dich in der erhabensten Würde,
Mit der Hygea Dich geschmückt.

Dis



Dis ist der Tugenden Lohn; des Fleißes erste Belohnung,
 Erfreue Dich ihrer und schmecke sie ganz,
 Und gönne, gönne auch mir, gönne Deinem Freunde die Wollust
 Sich mir ob Deinem Wohl zu freun.

O könnt ich mein freundschaftlichs Herz in diesen Zeilen entfalten!
 O welche Bewegungen würdest Du sehn!
 Doch keine, die nicht Dein Lob der nächst aufsteigenden rühmte
 Und Deinen Lorbeer segnete.


Freund! sey auf ewig beglückt, dem Vaterlande zum Besten,
 Und zeig ihm, was Dein Bemühen vermag.
 Auf weise Männer bedacht, wirds Deine Verdienste belohnen;
 Für jede That erkenntlich seyn.

Freund! sey auf ewig beglückt, und in erfreulichen Stunden
 Auch meiner Freundschaft eingedenk!
 Und glaub es, rühmlicher Freund, red ich von zärtlichen Freunden
 So red ich ganz gewiß von Dir.

Christian Gottlieb Marcke,
 d. S. G. B.







2/10.



in med. Teil,

5. 1758.


Halle, Med. Diss., 1758



Reha







INAUGVRALIS MEDICA
 DE
 AMENTORVM
 IPIGMENTO
 RVMPRAESTANTISSIMO
 SV MEDICO

 QVAM
 CIIS SVMMI NVMINIS
 ET
 IOSAE FACVLTATIS MEDICAE
 AESIDE
 RIDERICIANAE MAGNIFICO
 ELIA BVCHNERO
 MANI IMPERII NOBILI,
 SIAE REGIS A CONSILIIIS INTIMIS,
 AE NATVRALIS PROFESS. PVBL. ORDINARIO,
 AE NATVRAE CVRIOSORVM PRAESIDE
 ITE PALATINO CAESAREO,

ADV DOCTORIS
 CINA HONORIBVS AC PRIVILEGIIS
 IBVS RITE CONSEQVENDIS
 RIS, A. S. R. clo Idccc lviii.
 REGIA FRIDERICIANA
 VBLICE DEFENDET
 IDERICVS KVPPERMANN
 TBVSIO-LVSATVS.

RGICAE EX OFFICINA HENDELIANA.

